



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros distributae**

**Hieronymus, Sophronius Eusebius**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

L. Ad eundem. Beatissimo. Duplicem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37862**

atos, raptim Palæstinæ lustrâsse regiones, & di-  
 perfos Regulos usque ad suas latebras persecu-  
 os: breviter scribimus, quod totus mundus ex-  
 ultet, & in tuis victorijs glorietur, erectumque  
 Alexandriæ vexillum crucis, & adversus hæresim  
 trophæa fulgentia, gaudens populorum turba  
 prospiciet. Macæ virtute, macæ zelo fidei osten-  
 didisti, quod hucusque taciturnitas dispensatio fuit,  
 non consensus. Liberè enim reverentiæ tuæ lo-  
 quor: dolebamus te nimiam esse patientem: & ig-  
 norantes magistri gubernacula, gestiebamus in-  
 teritum perditorum. Sed, ut video, exaltâsti  
 manum diu, & suspendisti plagam, ut ferires for-  
 tius. Super susceptione cujusdam non debes con-  
 tra urbis hujus dolere Pontificem, quia nihil tuis  
 literis præcepisti: & temerarium fuit de eo, quod  
 nesciebat, ferre sententiam. Tamen reor illum  
 nec audere, nec velle te in aliquo lædere.

*L. Hieronymus eidem Theophylo Episcopo, Rursus  
 commendat illius felicem vigilantiam, & studium in  
 nova hæresi opprimenda confirmat. Ex his epistolis  
 vident Catholici, quanti referat ad vigilare  
 pastores lupis in Ecclesia ovile im-  
 petum facientibus.*

**B**eatissimo Papæ Theophylo Hieronymus.  
 Duplicem mihi gratiam beatitudinis tuæ li-  
 teræ præstiterunt: quod & sanctos & venerabiles  
 Agathonem Episcopum, & Diaconum Athana-  
 sium habuerint portitores: & adversum scele-  
 ratissimam hæresim zelum fidei demonstrarint.  
 Vox beatitudinis tuæ in toto orbe personuit, &  
 cunctis Christi Ecclesijs lætantibus, diaboli ye-  
 re-

nena siluere. Nequequam amplius antiquus pens sibilat, sed contortus & evisceratus in cernarum tenebris delitescens, solem clarum non sustinet. Qui quidem super hac re, & quam scriberes, ad Occidentem epistolas ram, ex parte hæreticorum strophas meæ libris hominibus indicans. Ex dispensatione Deum sumpto, ut eo in tempore tu quoque ad Italiam Papam scriberes, & nostram, dum scribas, sententiam roborares. Verum à te nunc moniti, magis studium accommodabimus, ut & procul simplices ab errore revocemus: neque meamus subire odia quorundam. Nec enim volumus hominibus placere, sed Deo: quamquam ardentius ab illis defendatur hæresis, quam à nobis oppugnetur, simulque obsecramus si qua Synodica habes, ad me dirigas: quo potentanti Pontificis autoritate firmatus, liberius confidentius pro Christo ora referare. Vincit tuius Presbyter ante biduum, quam hanc epistolam darem, de urbe venit, & suppliciter testatur, crebroque sermone concelebrat Romanam totam Italiam, tuis post Christum epistolis liberatam. Annitere ergo Papa amantissime & beatissime, & per omnem occasionem ad occidentem Episcopos scribe, ut mala germina, acuta, ut significas, succidere falce non cessent

*Gal. 1.*

*Synodi te  
stimoniū  
postula-  
tur.*

*Ll. Theophylus Episcopus Hieronymo. Monasterium Theodorum de Monasterijs Nitria, de profligata secta, & de cavendis insidijs hæreticorum.*

**D**omino dilectissimo & amantissimo fratris Hieronymo presbytero Theophylus Episcopus